suspensiv[a] fatalijs transgressione termi belli convenieq[ue] ac alijs omnibus iuris remedijs et defensib[us] non obstantibus. Ita tamen praes[ens] Recognit[io] ad acta est suscepta mediante.

Pactawskich Coniugum Advitalitas

Comparentes person[aliter] coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitaneal[ibus] Premisl[iensibus] Nobiles Feyko Pactawski dictus Sanczatak ab una et Nastazia Czaykowska ab altera partibus sani mentibus et corpore existentes. A terris defenetibus [?] iudicijs quibuscunque propijs et a iure recedendo praedicto Castren[si] Capitali Premisl[iensi] iuridicam se coram [?] subijcientes quo ad aliam [?] attinet totaliter ac plenarie [?] subijcientes, per eos libere, publice ac personaliter recognitum, et quilibet illorum seorsum suo [?] recognovit. Quia ipsi mutuo et invicem una pars alteri bonorum suorum gl[oria] omnium haereditarium et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumq[ue] quarumvis pecuniarum nunc habitarum et imposterum habendarum, cuius quovis modo concernen[tium] necnon auri argenti denariorum... [?] ornatus pecorum pecudum [?] ac bonis domesticis supellectilis gl[oria] omnium rerum et bonorum quocunque nomine et forma existerint. Nihil excipiendo bonis excipiendo advitalitatem et usum fructuum advitalitatem ad extrema dumtaxat vitae utriusque eorum tempora concesserunt inscripserunt et contulerunt, quam praes[entes] concedunt, inscribunt et conferunt, tali videlicet modo: Quod si prius ex praesentibus Nobilem Feyko Pa-

ctawski dictum Sanczatak maritum suum quam ipsam Nastazia[m] Czaykowska consortem humani mori contigerit extunc ipsa Nastazia consors bona gl[oria] omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasq[ue] pecuniarum et res supradictas omnes morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni earundem iure, dominio et proprietate omnibusq[ue] et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinentijs et pertinentijs gl[oria] universis nullis exceptis obtinebit, possidebit illisq[ue] usufruetur ad extrema vitae suae tempora, post mortem eiusdem Nobilis Nastaziae consortis sua bona gl[oria] omnia supradicta mariti morte derelicta ad successores mariti sui legitimos impedimento et contradictione aliqua consortis suae successorum totaliter et plenarie devolventur. Similiter si prius supradictam Nobilem Nastaziam consortem suam quam ipsum Nobilem Pactawski maritum suum de hac luce decedere contigerit extunc ipse maritus suus bona supradicta gl[oria] omnia haereditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasq[ue] pecuniarum et res supradictas omnes morte eiusdem consortis suae derelictas cum omni eorundem iure, dominio et proprietate omnibusq[ue] et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis attinentijs et pertinentijs gl[oria] universis nullis exceptis obtinebit et possidebit illisq[ue] usufruetur ad extrema vitae suae tempora, post mortem illius Nobilis Feyko Pactawski bona gl[oria] omnia supradicta morte privata Czaykowska [?] derelicta ad successores eiusdem Nobilis Nastaziae consortis suae legitimos impedimento et contradictione aliqua successorum dicti mariti sui totaliter et plenarie devolventur. Ita tamen praes[ens] inscriptio ad acta omnia mediante.

Modzelowski & Gier